



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 11. Clades a Normannis illata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

Sæculum IX. A. C. 853. quas edidit, ad Divinum Officium spectantes illa de Luminaribus notatu dignissima mihi visa. Constituit, ut in Cathedrali sua Ecclesia singulis noctibus, dum Matutini celebrantur, quindecim luminaria, decem ex oleo & quinque ex cera, Diebus Dominicis triginta ex oleo & quinque ex cera arderent, quæ auferentur servata proportione usque ad Festa maximæ celebritatis, in quibus saltem centum, nempe nonaginta ex oleo & decem ex cera accendenda erant. Ex hoc exemplo lectoribus conjicere licet, quantus in aliis Ecclesiis lucernarum numerus fuerit, & cur in Actis Fundationis vel Donationis de Ecclesiarum luminaribus frequentissime mentio occurrat.

## §. XI.

*Clades a Normannis illata.*

*Chro. Font. Duch. to. 2. p. 398.* *Chro. Font. to. 3. spicil. p. 251.* Non sine causa Legatos Regios cum mandatis missos legimus, qui de Monasteriis a Normannis exterminatis cognoscerent. Cum voveretur annus octingentesimus quinquagesimus primus, decima tertia Octobris Classis Normannorum fluvium Sequanam ingressa est Duce *Hoseri*, qui ante decennium Rotomagum incendio cremarat, & per trimestre in illa ora commorati prædones Monasterio Fontanellensi ultimam perniciem attulerunt. Monachi cum jam bis antea

tea vitam dato pretio redemissent, & Sæculum IX. <sup>A. C. 853.</sup>  
 amplius pecunia non suppeteret, fuga salutem  
 quærere statuerunt; itaque re-  
 fossis ossibus S. Wandrilli & S. Ansberti,  
 & accepta, quæ supererat, supellectile,  
 in Territorium Pontiniacense & inde in  
 Bononiense, ubi fundos possidebant, se <sup>Act. SS.</sup>  
 receperunt, ab Hersenda Abbatissa Blan- <sup>Ben. to. 2. p.</sup>  
 ciacensi magna Charitate excepti. In- <sup>557. to. 3. p.</sup>  
 terim Normanni Monasterium Fontanel- <sup>455.</sup>  
 lense Incolis vacuum ad solum usque cre-  
 mant nona Jan. anno 852. postquam a  
 tempore foundationis annis circiter du-  
 centis stetit. Monasteria etiam Bel-  
 lovacense & Flaviacense seu S. Germari-  
 igni vastarunt, & per menses octo utram-  
 que Sequanæ oram depopulati, quinta <sup>Sup. lib.</sup>  
 Junii conscensis navibus Burdegalam, un- <sup>XXXVIII.</sup>  
 de advenerant, reversi sunt. <sup>§. 59.</sup>

Anno sequente octingentesimo quin-  
 quagesimo tertio Normanni Ligerim ad- <sup>Chro. Norm.</sup>  
 eunt urbem Nannetensem, Monaste- <sup>Duch. to. 2.</sup>  
 rium S. Florentii ac vicina loca populan- <sup>p. 525.</sup>  
 tur. Et deinde superiora petentes obsi- <sup>Ann. Bert.</sup>  
 dent Cenomanum, unde eorum Dux ma- <sup>852.</sup>  
 nus Turonem usque emittebat, quæ ca-  
 ptivos abriperent & totam viciniam ad  
 convehenda omnia obsidentibus necessa-  
 ria compellerent. Tunc vero, cum  
 omnes facile intelligerent, capto Ceno-  
 mano ad obsidendam Civitatem Turo-  
 nensem venturos, Canonici consentien-  
 tibus

Sæculum IX. tibus civibus Corpus Beati Martini ad  
 A. C. 853. Monasterium Cormaricum & inde ad Ci-  
*Odo Clun. de* vitatem Aurelianensium transtulerunt.  
*Transl. S.* Normanni, ut prævisum fuerat, Turo-  
*Mart. to. 7.* nem octava Novembris pervenerunt, sed  
*Biblioth. p.* tanta Cari & Ligeris fluviorum excreve-  
 827. rat inundatio, ut hostiles cunei ab urbe  
 arcerentur. Ergo Majus-monasterium  
 evertunt & incendunt, ac centum sexde-  
 cim Monachos gladio percutiunt. Vi-  
 ginti autem quatuor alii in diversis an-  
 tris delituerunt cum Abbate suo Heber-  
 no, qui nihilominus a Danis inventus &  
 varie excruciatu nec Fratres tamen nec  
 thesauros Ecclesiæ prodidit. Receden-  
 tibus tandem Normannis Canonici S.  
 Martini Abbatem Majoris-monasterii &  
 viginti quatuor Monachos humanissime  
 exceptos tectis & alimentis prope suam  
 Ecclesiam juvant. At Corpus S. Marti-  
 ni Aureliano in Monasterium S. Benedi-  
 cti ad Ligerim, atque exinde Antiffiodo-  
 rum translatum Hebernus & bis duode-  
 cim ejus Monachi, quocunque deferre-  
 tur, secuti nunquam deinceps ab sacris  
 exuviis avelli potuerunt.

## §. XII.

*Articuli Carisiacenses.*

*Ann. Bertin.* Concilio Sueffionensi soluto, cum Rex  
 853. Carolus Carisiacum ad Oesiam ve-  
 to. 8. *Conc.* nisset, cum quibusdam Episcopis & Ab-  
 p. 56. batibus